

INTROIT: John 21: 15-17

Si diligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. (Ps. 29:1) Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me, nec delectásti inimicos meos super me. V. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Si diligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas.

COLLECT

Deus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte deficere: ad amórem tuum nos misericórditer per sanctorum tuórum exémpa restáura. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE: 1 Peter 5: 1-4, 10-11

Caríssimi: Senióres, qui in vobis sunt, obsécro consénior et testis Christi passiónum, qui et eius, quæ in futuro revelánda est, glóriæ comunicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontáneee secúndum Deum, neque turpis lucri grátia, sed voluntárie; neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et, cum appáruerit princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam. Deus autem omnis grátiae, qui vocávit nos in aetérnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passos ipse perficiet, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in sæcula sæculórum. Amen.

GRADUAL Psalm 106: 32,31

Exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. V.: Confiteantur Domino misericordiae eius, et mirabilia eius filiis hominum.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Allelúja.

GOSPEL: Matthew 16: 13-19

In illo témpore: Venit Iesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discipulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixerunt: Alii Joánnem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremíam aut unum ex prophétis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Iesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificábo Ecclesiám meam, et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

OFFERTORY Jeremias 1: 9-10

Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, constítui te super gentes et super regna, ut evéllas et destruas, et ædífices et plantes.

SECRET

Mýstica nobis, Dómine, prosit obláto quæ nos et a reátibus nostris expédiat, et perpétua saivatíone confirmet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 16: 18

Tu es Petrus, et super hanc petram aedificábo Ecclesiám meam.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, omnípotens Deus: ut reátus nostros múnopere sacráta purificent, et recte vivéndi nobis operéntur efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. (Ps. 29:1). I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep.

O God, Who dost behold how we fail in our weakness, mercifully restore us unto Thy love through the examples of Thy saints. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Let them exalt him in the church of the people: and praise him in the chair of the ancients. V.: Let the mercies of the Lord give glory to Him: and His wonderful works to the children of men.

Alleluia, alleluia. V.: (Matth. 16. 18) Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

And Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose upon earth, it shall be loosed also in heaven.

Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee over the nations, and over kingdoms, to root up, and to pull down, and to build, and to plant.

May this mystical offering profit us, O Lord, to rid us of our sins and to confirm us with Thy everlasting salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church.

We beseech Thee, O almighty God, that these sacred gifts may purge our sins and by their effect make us lead holy lives. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.